

steria fundata ante quadraginta annos, quæ
soluebant quartam, tenentur modo sol-
uere, quia non eximuntur à Concilio, nisi
non haberent consuetudinem soluendi, tunc
enim iam est præscriptum. Nec volunt. tol-
lere Pius. 5. & Illustrissimi Cardinales ius
præscriptum, sicut etiam facit Concilium
Tridentinum. Dicit etiam Pius. 5. q̄ non te-
neantur soluere tunc de omnibus relictis,
Fratribus: sed tantum de his quæ cum cor-
pore defuncti contigerit deferri: non au-
tem de Missis vel alijs quomodo libet fu-
erint donata. De quo maxima solet esse inter
Clericos & Fratres concertatio, vt dicitur
indicta Clementi. Dudum. de. Sepulturis.

¶ Est etiam notandum esse corrupte-
lam & tyrannidem deferre iura duplicia à
Curatis quando deferunt corpus defuncti,
in Monasteria Religiosorū: quia est contra
iura concedentia liberam sepulturam apud
Fratres. Puniant enim Curati sepelire se
mandantus apud Religiosos, vt dicit Pa-
ter Noreña.

¶ Sed queres, in quam penam incurrant
prælati, vel Curati cogentes Fratres, vel